

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Theses Historico-Philologicas Consensu Inclyti  
Philosophorum Collegii Reg. Pomeranorum Academiæ  
Gryphicæ**

**Träg°ard, Elias**

**Gryphiswaldiæ, [MDCCLXX?]**

**VD18 13193120**

Th. VII. In quibusvis linguis paucissimae voces sunt signa rerum arbitraria  
& sane, si vocum omnium etyma nobis essent cognita, nullae omnino  
tales esse deprehenderentur.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-15772**



Si verum esset, quod de scriptura Sinarum contra auctoritatem itinerariorum maxima fide dignorum, tam confidenter affirmant accredunt nonnulli, positionem hanc falsam esse utique concederem; at tum maxima quemque subeat admiratio; cur ni nationes Europææ Sinis multo perpicaciores atque politiores idem scribendi genus dudum adoptaverint. Id quod artibus, scientiis & commercio totum inter genus humanum summæ esset utilitati easdemque mirum in modum faciliores redderet ac promoveret. At, scripturam hanc nequaquam esse posse universalem quivis facile convincitur, si conferatur BAJERUS (k) & FOURMONT (l). Alias, ejusmodi scripturam excogitari posse statuit MAUPERTUIS (m), eandemque dudum antea ad absolutionem ac perfectionem perduxerat SOLBRIGIUS (n). Is nim. a se inventam in lucem edidit rationem per Ziphras scribendi; quam videoas & eris de non trifibis unus.

### Th. VII.

In quibusvis linguis paucissimæ voces sunt signa rerum arbitraria, & sane, si vocum omnium etyma nobis essent cognita, nullæ omnino tales esse deprehenderentur.

Illud forte locum haberet, si de primis primitivis quæstio est, neutquam vero de derivatis. Valde igitur errant, qui debita accurate significationes vocum investigare in linguis negligunt, vel hocce studium flocci facientes, plane rejiciendum docent; cum ex principiis etymologicis sanæ rationi superstructis pateat, voces ad ipsarum rerum illis designatarum notitiam nos ducere, non ut signa mere arbitraria, quod nonnulli philosophorum contendunt, sed ut signa consilio ita formata, ut certas rerum proprietates nobis indicent; id quod innumeras sere in quibusvis linguis ostendunt exempla, cuivis de vocum etymis cogitanti sua sponte se sistentia. Hæc autem ego ad alia festinans in medio relinquere cogor.

(k) in Museo Sinico.

(l) Grammaire Chinoise.

(m) I, f. cit.

(n) scriptura oecum. edit. Saltquell 1726. in 8.

